

C A P. VII.

De

Catharris.

*Cathar.
rus quo
rumplex.*

HAec tenus tota ferè medicorum schola, præsertim ij, qui salivam Galeni avidius lambunt, Catharros crepant, ut si conqueraris de humoris modò tenuis, modò crassiusculi per nares effluxu, Catharrum, quem *Coryza* vocant, dicent. Si de gravativo faucium dolore, raucedine & deglutitionis impedimento Catharrus, qui ad fauces dilabatut & *Bronchios* dicitur, in causa erit. Si præter hoc de spirandi difficultate & libera aëris ad pulmones transitu denegato, Catharrum nimis crassum notabilique copiâ ad pectus dilabentem idque ita implentem, ut aëri via intercludatur, accusabunt, quem *suffocativum* vocant, juxta illud magis tritum.

Si fluit ad pectus dicatur *Rheuma
Catharrus*,

Cap. VII. de Catharris. 91

Si ad fatus Branchos, si ad na-
res esto Coryza.

In dentium dolore, tussi, febre he-
ticâ, lœsa ventriculi coctione &c:
Catharrus accusabirur. Quem in ge-
nere sic definiunt, quod sit humoris pi-
tuitosi & excrementitij è capite in sub-
iectas partes prolapsio. Humorem istum *Vnde*
in cerebro generari ajunt, ex frigide
stomachi & caliditate hepatis ipsi in-
cumbentis vapores inter coquendum
copiosè elevari ad caput, quos cerebrum
frigiditate suâ in guttas cogat, largam
catharrorum materiam, non aliter ac *& que-*
vapores ex herba in alembicum ascen- modo
dant ibique condensentur, aut superi- fiat
us ad operculum ollæ ferventis colli-
gantur.

Inter Galenicos sanius quidem lo. *Fernelio*
quitur Fernelius de vaporum ascensi *est vel*
ex stomacho ad caput *de part. morb.* &
symp. cap. iv. pag. m. 276. & cathar-
rum distinguit in internum & exter-
num. *lo. etat. pag. m. 275.* *internum internus*
excrementum cerebri statuit; Hujus e-
nim amplam copiosamque medullam
multo egere alimento, è quo necesse
fit

sit multum excrementi gigni. Maxime verò si impensis frigidum humidumque aut aliâ id ratione imbecillum sit, illique copiosius vel non satis congruum alimentum suppeditetur. His à causis ubique magnum fieri excrementorum proventum. Quumque moderatum excrementum sit, id omne in priores cerebri sinus recondi, qui in id quodammodo destinati sint: Quum verò immoderatus exuperet, extrinsecus etiam circum cerebrum circumque meninges dispergi & fluctuari, quo per interiora ora venarum effusum sit. Cerebri sinus seu ventriculos facile per palatum expurgari, reliquam verò capacitem cum pernares, tam per aures, & oculos. Quod si verò non expurgentur per loca consueta, destillationem ad partes interiores ruere, inque his varios morbos excitare: In nervorum origines apoplexiā, paralysin stuporem & tremorem: in sensuum organa cœcitatem, surditatem, tinnitus aurium, odoratus privationem: in naribus gravedinem: in fauces & asperam arteriam rauicitatem: In intestina alvi profluvium: hincque si in Jecoris venas se insinuet, crasselcentem tuin eas

tum

Cap. VII. de Catharris. 93

tum viscera infercire obstruktionem.
que parere.

Externum catharrum esse excremen- *vel*
tum, quod in externis capitis partibus Exter-
colligatur, maximeque sub cute ver- *nisi.*
ticis quo venarum per faciem & tem-
pora in caput irrepentium extrema
desinat. Quoties enim haec vel sero
vel humore multo turgeant, alimen-
ti reliquias & supervacua sub cutem
effundere, quae praecutis crassitie ac
densitate vaporare vix queant. Hinc in
externas corporis partes ferri destilla-
tionem in oculos, in maxillas, in den-
tes, in cervicem, in scapulas, in brachia,
in latera, in dorsum, in lumbos, in
coxendicem, in crura, in omnes deni-
que articulos: eamque tum omnis ar-
thritidis tum omnis ferè doloris exter-
ni causam esse se deprehendisse.

Ast nulla sunt quae dicta; Has som- *ulraqne*
miorum umbras, quae luce veritatis ac- *rejicitur,*
cedente facile dissipabuntur, intuea- *sene.*
tur penitus; Dicunt *catharrum gene-*
vari à vaporibus è stomacho ad caput
evectis ibique frigiditate cerebris in
guttas quasi coattis. Si vias quara-
mus per quas vapores hi ascendant,
esophagum dicent; Sed. I. ventricu-
lus

94 Prax. Chymiatr. Sect. I.

lus naturali instinctu fibris suis circu-
laribus ab assumto alimento clauditur.
Bartholin. in anatom. reform. lib. 1.
cap. 9. 2. Si gula pateret secundum lon-
gitudinem, quia non datur vacuum,
aërem in se contineret & sic unoquoque
bolo deglutito ructus sequeretur,
suavis sane harmonia tunc, si decas ru-
sticorum mensæ assidentes cibum ca-
piant. 3. Ast illa obliquitus statim con-
cidit, quæ si violenter à vaporibus di-
stenderetur continuus esset ructus. 4.
Nec per poros ventriculi ascendere pos-
sunt, illi enim inordinate patent ad ex-
ternas partes, quo igitur duce ad cere-
brum manuducentur. 5. Et si ascenderent
prius per aërem exspiratum difflarentur,
quam cerebrum obscuro tramite pete-
rent. 6. Omnis anhelitus fœteret & ci-
bos oleret, cui experientia obloquitur.

Et posito quod vaporesscendere
possint, quod nam in cerebro reperi-
ent planum aut concavum, & quidem
instar ollæ opereuli aut alembici, super
quo in guttas cogantur. Nec cere-
brum frigidum est in se & absolute,
sed in respectu ad cor, quod est calidis-
simum, dicitur frigidum.

Sa

Cap. VII. de Catharris. 95

Sanius & verisimilis eo, uti dixi,
sed neutquam verius loquitur Fernelius,
dum catharrum *internum excrementum cerebri* vocat, quod per na-
sum, aures, per palatum, per oculos
expurgari debebat. Ita omnium fer-
mè Medicorum consensu. Verum per-
spicaci anatomizè innotuit sordium col-
luviem à reliquà massâ separari & ex-
cerni naturaliter per glandulas nasi,
aurium, faucium aliasque extra cere-
brum existentes.

2.

Prob.
Contrar.

Miror denique, cur in capite loco
alias exquisitè sensibili adeo indolens
sit hoc excrementum, & in destillatio-
ne talem concipiat furorem.

Nec viæ patent, per quæ dilabi pos-
set; Dices per basis craniiforamina ad
oculos, dentes, fauces & pectus, in
specie per os cribrosum ad nares: Hoc
pervium esse plures negant, periculum
fac & comperies, nihil per id liquo-
ris cogi posse, foraminosum quidem non
nego, sed fibrillis nervorum olfactori-
orum adeo obsitum, ut nullus penitus
dabitur transitus. Sic & illa basis
crani foramina à nervis, arteriis, ve-
nis,

96 Prax. Chymiatr. Sect. I.

nis, ad cerebrum intrantibus tam exactè & adæquatè implentur, ut justam adèò thecam faciant & tam æquam, quod locus decursuri excrementi non sit. Et licet mucus labatur in fauces, hasque diversimodè & male affectet, juxta diversas muci indispositiones; veruntamen nec iste mucus, nec ejus stillatio, rationem catharri habere possunt. Non magis, quam lotium è rene in vesicam labens, catharrus est dicendus. Quapropter si mucus insipidus, fatus, acer vel acidus, fluidus, aut crassus, labens ad partes, quibus naturaliter purgandus depuratur, tanquam emunctorio, non est dicendus catharrus, viut etiam malè afficiat partes, prout ut urina vesicam si afflixerit. Helmont. in deliramentis catharri pag. m. 350. no. 16.

Ad Externum excrementum sub cuncte cranii, quod attinet, de hoc ut novo invento triumphat Fernelius loco citat. *Hic certe fons, hic fomes omnis externa distillationis, quem miror neminem veterum animadvertisse.* Sed iam illud detur, credas quod velis, vasa separatoria ibidem non novi. Et si daretur, illud per sudorem aut diaphæram facilius exterminaretur.

Ite-

Cap. VII. de Catharris. 97

Catharus, ajunt, frigidus est ac *Curatio*
humidus; Hinc calefacentia & exsic-
cantia largiter propinantur, fontanel-
lae uruntur, cantharides applicantur ut
avidis suis labris aquam ad nauream us-
quebiant. Et licet theoretice aliquan-
do de catharro ab humore calido di-
cant, hunc tamen praxis eorum non
novit; Quod si pharmacopolium ins-
traveris recepta non nisi calefacenti-
bus & exsiccantibus referta videbis,
ut sui axiomatis contraria conrratiis
curati oblitos esse jures. Hæc est ca-
thari curatio, innocentis corporis car-
nificina potius. *Eshilfft niches dar-*
vor, der fluss muss ausgetrocknet
sein, und wurd manchem darüber
so eingehirzt daß ihm die seele aus
der stuben entlaufft. Vid. Ferrio-
lum de morboi ventriculi infelici ha-
denus tentatâ curâ.

Eiudatur

Itaque cum non datur materia nec
locus cathari in cerebro, destillatio-
nem probare nequeo.

Et sic concluso nec dentes, nec *Concl.*
rancas ægreque deglutientes fauces, nec
pulmones tussientes difficulterque re-
spirantes, nec ventriculum imbecilem

Not.

dolere ex destillante catharro ; Sed ex indigestâ ultimi alimenti sui materia , Quam Paracelsus vocat TAR-TARUM. Hunc vide , in libr. de morbis Tartareis à pag. m. 283. usque ad pag. 316. Item. libr. de Tartaro & morbis ex eo ortis cum annotationibus à pag. m. 392. ad pag. 443. Morbos , quos ex catharro alias oriri volunt Galenici singulos vide suis locis.

Interim cum aliis vanitates & cathari deliramenta salubri pœnitentiâ rideo, hominumque ægrotorum sortem deuso & pergo ad

CAP.